# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# De Methoposcopia Astronomica


**Finella, Filippo**



**Antuerpia, 1650**


De Trigesimo Capricorni Gradibus. Cap. 13


urn:nbn:de:bsz:31-95557



Visual Library

ſtella omnino Iouis,& Martis imitatur, ſuſcipitq; naturam.

## De Trigeſimo Capricorni Gradibus.

## Cap. XIII.

SOlſtitium hyemale eſt Capricornus, in hoc ſigno, incrementum incipit deſumere dies, fœmineum eſt naturæ terræ, quia frigidum ſiccum; domus Saturni, Martiſque exaltatio; hoc agreditur ſignum Sol 21. Decembris ad 21. Ianuarij vſq; eiuſq; hæc ſunt ſignificata.

1 

Tunc tum Capricorni gradus primus in aſcendente erit, homines magnopere fortunatos, & diuites nonciabit, quos ſi beneficè vna ex duabus fortunis irradiabit gradus, erunt diuites, magnique Domini, at ſi Saturnum habuerint eius Dominum, multæ eis exhibentur diuitiæ verum auari erunt magnopere, ſi Martis, fortunati magis fuerint, maximam ſemper Iuppiter, Venuſq; fortunam exhibet, ex Iouis, Martiſq; eſt eorum ſtella natura.

2 

Magni ingenij in hoc gradu ſecundo vocantur homines, bellorum cõſules erunt, at ſi quæcumq; habuerint gradus ipſi oculum amantem, bellorum ſecreta omnia eis credentur, cumq; Iouem, vel Venerem annexum prædicti gradus non oſtende-

derint, vel vnus illarum aderit, tunc morte morientur violenta, Iouem ſequitur Martemq; ſtella horum.



3 Homines magni reddit animi, & perſpicacis ingenij, Mars cum Luna in benefico aſpectu, magnos illos facit cõſiliarios, poſſidebunt terras, ac ſeuere, ſeueriterq; iudicabũt, exercituum occident duces, qui aſcendentes gradus ſi Iouis, vel Veneris, oculos non detempſerint amicos, in bellorum pugna peribunt, Martis, & Iouis illorum ſtella naturam ſuſcipit.

4



Facit homines ſedulos, at
præſentia Mercurij, il-
los reddit muſicos, &
in tali arte compoſito-
res, probus Lunę ſtatus,
vel ſituatio, fortunatos,
& ſcribas, quibus multa
exiſtimationis magnæ
credentor, erunt iuſti,
probi, vetereſq; multi
peribunt; cum Iouis, &
Martis natura eorum accommodatur ſtella.

5



Turpes homines, omni
maculatos libidinis vi
tio, eo magis, ſi gradu
ipſi infortunia habue
rint cum malo aſpect
in aſcendente, docet
tamen Iouis, aut Ve
neris præſentia tem
perat vitia, naturaléq;
exibet mortem, domi-
natrix eorum ſtella, eſt Solis, & Martis, na
turæ.

6 

Malè affectos, ſed longæ vitæ hic gradus porrigit homines, qui ſi fuerint beneficis Martis, & Saturni ſpoliati gradus aſpectibus; quod pthyſici, ac miſerrimè morientur, ſciant, hiq; ſi oculo benigno perſpexerint illos, vel eorũ præſtabunt præſentiam Iuppiter, vel Venus, haud mala peribũt morte, Martis, & Solis eſt ſtella.

7 

Homines inclinantur curioſi, ac nobiles artifices, quare Regum erũt amici, at ex infortunijs ſi vnum, fiunt pauperes multum, ſi à Ioue, vel Venere benefice radiabuntur, vel illorum aliquam in illis deſtinabũt pręſentiam, fortunatos, & lõgo tempore vitam eſſe ducturos dicemus, Saturni, Iouiſq; amplectitur hæc ſtella naturam,

8



Verſatos multum, & ingenij perſpicacis his in gradibus futuros eſſe homines aſſerimus, hi vero gradus, ſi Veneris ſuſceperint præſentiā, magnas tunc aſſequentur dignitates Eccleſiaſticas; ſi Lunæ benigno oculo, multa pertractabunt negotia, & officia, tamen maleficis cum radijs Saturni, vel Martis, inepti, & maximi vexandi damnis erunt Veneris naturæ, Mercurialiſq; eſt ſtella illorum.

9



Homines iſte gradus præſcribit humoriſtas, & deliberatæ voluntatis, verum Mars in aſcendente, mortem in prima illorum etate indicat, Mercurius, auaritias vſuras, diuitiaſq; multa, quarum cau a morientur, vna duarum fortunarum, illos liberalitate decoratur magna; Saturni, Iouiſq; eſt naturæ ſtella.

Pro-



10 Probi aſpectus, & in negotijs verſatos multũ hic gradus inclinat homines, qui ſi Martem habuerit præſentem amabiles, & gratioſi erunt, ac parum per adulatores, & cum amicorũ pręcipuè vxoribus eorum, quamquam non in tali actione cognoſcendi, imò potius auxilium illis præſtabunt, quam perſequtiones omnes; & tamen repentinus eorum fuerit interitus, Iuppiter cũ oculo benigno facit illos fortunatos, & violentam repellit mortem naturam Solis, & Martis hæc ſtella ſeruat.



11 Permittit homines aurifices, & aureas pertractantes res, at ex duabus fortunis vnam ſi iſti detempſerint gradus, vel eorum receperint oculos amantes, fortunati fuerint ſemper, quod omnino ab infortunijs repellitur, quorum ſtella eſt Martis, Iouiſq; naturæ.

12



Homines gradus iſte, ſex in armis, eorumq; ludis delectantes oſtendit, imò, & perſpicacis ingenij, ac virtuoſos, cum vero gradus ipſi Iouem præſentem retempſerint, vel tunc morte naturali morientur, infortuniorum vero malefici aſpectus, mortem præſcribunt violentam, cum Martis Iouiſq; eorum coincidit natura ſtella.

13



Ingenij in hoc gradu perſpicacis erunt homines, quandoq; Martem prædicti gradus habuerint, facili negotio, quodq; indignum, nummos lucrandi cauſa amplectentur, libéter venena ement, & ſomnifera, quæ omnia præuia pecunia dabunt, erunt falſi maximi aſſertores, nec vnicuique ſine lucro ſeruient, adulteri, qui dulcibus verbis, illos ſecum pertractantibus decipient, videbuntur primo in-

tuitu iuſti, ac dę mones intrinſece erunt, his vxores morientur, & parum filios ſuos habebunt, ſecundum aliquod tempus, vnius pedis claudi fient, ſemper eorum victus, vel publich aut amicorum erit, ſi vero Mars, vel Saturnus in ſeptima eſſet per gradus oppoſitos aſcendentis, aut illos per tetragonum perſpiceret, ò quam miſerrimam expectabunt mortem, eorum dominatrix ſtella; Martialis, Mercurialiſq; eſt.

14 

Homines induſtrioſos, ingenioſoſq; hic gradus comprobat, qui cum Veneris, vel Iouis præſentia, illos diuites multum & magnarum rerum miniſtros futuros eſſe indicat, hi ſub eorum poteſtate pretij multi res habebunt ſuarum bonitatum gratia, officiis decorabuntur principalibus, ſecundaq; fortuna fruentur, atque plurium matrimoniorum fruentur dotibus, iſti vero aſcendentes gradus, ſi Mercurium ſubſtinuerint, ob familiares commendationes magni fient, atq; Regum amici, & dominorũ, vt temporalium, ita Eccleſiaſticorum; horũ

ſtella dominatrix graduum eſt Martis, Iouiſq; naturæ.

15



Hic decimusquintus gradus, homines facit nanos, paruoſq; quamobrem, ridiculi erunt, at infortuniorum aſpectus malefici, eos reddit ineptos, & malam morientur morte, quaſi bonis, maliſq; priuabuntur radijs, tantum erunt, vt ſupra hæc

Martialis eſt ſtella.

16



Homines facit curuos, & ſex habentes in manu digitos, & hoc quia collum habent Capricorni, at Mars, & Luna bene ſituata cum Ioue, aut cũ illis aſcendentibus gradibus, tunc fuerint homines nobiles, multorumq; filiorum patres, amicos principum, & dominorum magnorum, niſi tamen, hi gradus Iouem in aſcendenden-

dente receperint,illorum violentus erit interitus;ex Iouis, & Mercurij natura hic reconditur ſtella.

17 

Sceleſtes multum, & volubiles in hoc gradu portendũtur homines, at cum Marte,Venere, vel Mercurio vxorum eorũ homicidas,quare punientur,ſi cum Ioue hoc non accidet, nec quoq; ſi aſcendentem radiaret per trigonum, vel hexagonum Iuppiter quoniam, non ſolũ gradus reddit fortiores aſcendentis,ſuis amãtibus oculis, verum etiam, vt ab omni fugiãt mala morte cauſa erit;in Saturni, Iouiſq; huius refunditur ſtellæ naturam.

Pro-

18 

Profundi intellectus, multi ſtudij, & diligentiæ docet homines, verum in his gradibus pręſentia Mercurij facit illos ſcribas regij officij, ſed vt moriantur in locis humidis, ſeu aquoſis à beſtijs voratos; ſtella hæc naturæ Iouis, & Saturni.

19 

Notarios gradus hic Capricorni decimus nonus, ſtudijſq; debitos propinat homines, & eo periti in tali erunt officio, quo Iouem, vel Venerem, vel oculos illorum beneficos ipſi gradus ſuſceperint quos ſi torbido oculo Mars inſpexerit, vel Saturnus, tali pacto vexabuntur; Saturninam, & Iouialem habēt naturam.

Hic

20



Hic erunt naturaliter nobilis animi, & actionis, Regum amici, & dominorum, munera recipient multa, plurimiſq; decorabuntur dignitatibus, at verſus finem ipſimet, qui adeò illos ad ſidera duxerunt, contra eos indignabuntur, illoſque perſequentur, qua propter infortunijs afficientur non paucis, idque luce clarius eſt, hoc illis accidere ſemper, cum talibus hominibus amicitiam trahentibus, cuius ſit teſtis, Raymundus, ſibiq; à Rege ſuo prouentumſdeuelet; Iouis ſequitur, & Saturni ſtella naturam.

21 

Homines is gradus indi-
cat mẽdaces, ſenſus, af-
ſecto, & animi, hi facile
phreniticabunt, ſi Luna
a pectu, cum Mercurio
carebit, omnino inſani
fuerint, ſi radios male-
ficos, gradus ipſi habue
rint vnius infortunij ,
repentinę mortis ſubij-
cientur periculo , quos Iuppiter , vel Venus
per trigonum, vel hexagonũ, fortunatos , nec
freneticos, vel inſanos facit; Martialis, Iouiſq;
eſt, hæc ſtella naturæ.

22 

Hic mortem portendit ſę-
uiſſimam, homineſque
lacerandos a beſtijs ,
quod confirmabit vnũ
ex duobus infortunijs ,
Iuppiter , vel Venus ſi
in gradibus ipſis de-
monſtrabit præſentiã,
aut radios beneficos ;
ex illis euadent infor-
tunijs; Martis Iouiſq; eſt hæc ſtella naturæ.

Ho-

23 

Homines perſpicaces, & argutos, hic gradus ſignificat, quare hyſtrigones nunciantur, & in eorum facetijs delectabiles multum, ſi vero gradus prędicti Martem detempſerint, vel Saturnum, aut illorum radios benignos, erunt infortunati, & violentatur recipient mortem; omnino duæ fortunæ malum dimittunt, bonumque inducunt; Martis, & Iouis eſt ſtella naturæ.

24 

Hic fiunt homines iuſti, pij, & alios iudicandi dignitatem agredientur, amici erunt Regũ, & dominorum magnorum, hi propter filios ſuos vexabuntur, at cũ maleficis infortuniorũ oculis haud dignitates ſuſcipient, fuerintq; infortunati, & vexationibus pleni; ſtellam hi gradus Martialem, Iouialemq; habent.

25



Inclinat homines impios, crudeles, tirannos & ultumque in eorum pertractatibus periculoſis, temerarios, audaces, & primos inter gẽtes malas, vicinæ eorum habitationibus gentes ꝑturbabuntur; ſi quandoq; iſti gradus receperint Martem, vel per diametrum Saturnum, aut cum altero aſpectu malefico, crudeliter morientur, verum ab illis multi occidentur, antè eorum mortem; naturam habet Saturni hæc ſtella.

26



Hic erunt homines ruſtici, & ſiluatici, ac tantũmodo in ſiluis degentes, faciunt namque hic malefici infortuniorũ oculi illos ineptos multum, & eorum inſidiabuntur inimi, verum Iuppiter, aut Venus in ſiluis aufert habitationem, ſed illos reddit affabiles, & pertractabiles; Saturni naturam eorum imitatur ſtella.

Ho-

27 

Homines debilis complexionis, malè affectos docet, attamen in gradibus iſti Saturni præſentia, vel turbatus oculus, miſeram denotat mortem, verum Iouis amantes radij, vel pręſentia, corporis ducit ſalubritatem, & ingenij perſpicacitatem, à quibus hi gradus dominantur eſt Veneris, & Martis naturæ ſtella.

28 

Accquirendi, ac lucrandi nummos cupiditate plenos iſte gradus ſignificat homines, vt diuites, auaroſq; cumque vnam ex fortunis receperint, vel illorum amãtes oculos, liberales, humaniuè, tunc erunt; horum graduum ſtella Saturnina eſt.

29 

Deuelantur in hoc gradu homines, Iouiales, & iucunditate plenos, lętos, nec moleſtijs, aut vexationibus quibuſq; afficientur, quod habēdum certius ab oculis Iouis, & Veneris amantibus, ſi vero fortaſſe fortunarum vna erit in aſcendenti gradu præſens, alteraq; illos perſpiceret per trigonum, vel hexagonum ſummopere fuerint diuites, & fortunati, tantum carceres, & infortunia, infortunia ipſa in hoc gradu ſignant; ſtella eſt Iouis, & Martis naturæ.

30 

Iſte gradus trigeſimus, vel vltimus Capricorni, homines tardi motus, pigros, molles, ac ſomnolentos præſcribit, nullum ex eorum inceptis negotij expedient, attamen in his gradibus Saturnos, facit illos mente captos, idemque infortuniorum malefici permittunt aſpe-

aſpectus, & tandem eorum vitę exiguum fuerit tẽpus, ſi Iuppiter in aſcendente, boni erunt ingenij, incolumis ſalutiæ, & longæ vitæ, quòd ſimiliter ſignificaretur cum beneficis aſpectibus à Marte; horum gradum ſtella Saturni naturam ſuſcipit.

## De Trigeſimo Aquarij Gradibus.

## Cap. XIV.

AQuarij ſignum eſt domus Saturni, natura calidum humenſq; Aeris naturæ opitulans, fixum, in quo nullus exaltatur Planeta, Sol hoc ingreditur die 21. Ianuarij ibique vſque ad 19. Februarij mora trahit, ibiq; ſtat 30. diebus per 30. gradibus duabus horis, quę ſunt effectus quos pariunt gradus in aſcendente, in quorum conformitate de ijs infra loquemur.